



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De cæremonia Baptismi. tit. 69

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

TITVLVS LXVIII. 207

Tertiò, aqua baptismi consecrata, si ad naturalem conditionem respicitur, aqua est post, sicut & antea: sed autem ad effectum, quem Deus propter invocationem nominis sui promittit, tunc melior est, sanctior & efficacior. Et sic dicitur Ezech 36. Effundam super vos aquam mundam &c. non dicit simpliciter aquam, sed addit, mundam. Et 1 ad Tim 4. Apostolus dicit, q̄ creature sanctificatur verbo & oratione. Est quidem omnis creatura Dei bona, id est, à natura, sanctificatur autem ne diabolus per illam noceat.

Quartò, Deus vult in omnibus creaturis laudari & benedici, sicut præcipit David Psalm. 150. Laudate Deū in virtutibus eius, quas scilicet operatur in omnibus creaturis, laudate eū &c. Omnis enim creatura benedicit Deum, id est, obedit & facit ea, quæ Deus vult fieri per ipsam. Et nos magnificare debemus Deum, qui varijs modis & per varia media in nobis operatur salutē & sanitatem corporis & animæ. Non curandi sunt mendaces, qui nihil dicere possunt, nisi solus, sola, solum. Aut qui mentiuntur, dicentes: Quoniam remissionem peccatorum & salutē tribuamus creaturis, Deus est, q̄ operatur omnia, i. ipse solus facit omnia in omnib. creaturis, i. Cor. 12. sanat solo verbo, aliquando sanat per medium, ipse sit benedictus.

DE CAEREMONIA BA-
ptismi.

TITVLVS LXIX.

BRIA sunt notanda: Primò, quid sunt ceremoniæ: Secundò, quare institutæ patribus: Tertiò, qui sunt fructus.

Primo, ceremoniæ sunt opera & exterritius, qui obseruantur & spectant ad honorē interni operis Dei, ut baptismus est opus Dei, in quo inuincibiliter ipse operatur remissionē peccatorū: huic operi

Oo 2 diuinæ

diuino ad honorem & decorem, utimur luminibus,
chrismate, signaculo crucis, ueste alba, consecratio-
ne aquæ, &c. sic enim docet Propheta Psal. 146, Deū
nostrum decet iocunda decoraçō, laudatio. Et i. Cor.
14. Omnia in vobis siant ordine. Est igitur ille exter-
nus cultus propter interiorem.

Secundò, cæremoniæ nō sunt institutæ, vt illæ in-
stificent. Non enim lumen, chrisma, signaculum cru-
cis, sputum &c. remittunt peccata, sicut nec aqua bi-
ptismi, sed virtus diuina per hęc tāquam media ope-
ratur, quam operationem fides nostra apprehendit
per hęc media. Non enim solū respicere oportet in
lumen, oleum, aquam, crucem, sputum, sicut secessa-
ciunt: nemo hic ligat ad creaturas salutem, sed ad in-
ternam virtutem & dona D E I, quæ inuisibiliter per
hęc media operatur. Non oleum aut chrisma saluat,
sed significat misericordiam Dei, quæ lenis est. Non
aqua baptismi tollit peccatum, sed significat Deum
lauare & mundare à peccatis, sicut aqua fordes: non
ipsum signum crucis, sed qui pependit in cruce, sal-
uat: non candida uestis te purgat, sed significat te iam
per Christi sanguinem lotum. Psalm. 50. lauabis me,
&c. non lumen te saluat, sed significat Christum qui
illuminat omnem hominē &c. Ioan. 1. non aqua con-
secrata, sed ipsa virtus verbi Dei, &c. ad significatio-
nem in cæremonijs respicere oportet, nō ipsum opus
cæremoniæ. Ad honorem igitur operis diuini sunt
cæremoniæ &c. Sic oratio habet suas cæremoniæ,
sic ieiunium, sic adoratio Dei, Exod. 20.

At dices: ad quid hęc puerilia opus sunt? sunt tra-
ditiones humanæ periculose: consecrationes, incan-
tationes: ideo Deus nō vult tales vsum cæremonia-
rum, &c. Respondeo, ad quid opus fuit aquis amariis
immitti lignū, Exo. 15? Ad quid iecur piscis opus fuit
ad visum, Tob. 5? ad quid tactus fimbrię mulieri, Mat.
5: lutum quod fecit Christus in illuminatione cœcī,

Iou.

Ioan. 9. Clamore in resuscitatione Lazari, Ioan. 11. & sufflatio in faciem Apóstolorum? Nónne sola fides hæc omnia potuisset perpetrâsse? Ad quid Apostoli oleo vngebant infirmos, Marc. 6. & quoniam patres, prophetæ, Christus, Apostoli, sunt vñi cæremonijs, quare nobis est nobis peccatum?

Tertiò, fructus cæremoniarum sunt primò, quòd infirmi & pueri trahütur ad fidem Christi, sicut stella traxit reges ad præsepe Christi, Matt. 2. & sicut columna nubis & statua ignis ostendit & traxit filios Israel in terram sanctam, Exod. 13. sic ascensionem Christi, resurrectionem, missiōnē spiritus sancti ostendimus pueris: deinde non carent suis præmijs, eò qđ ad honorem Dei fiunt, 1. Cor. 3. vñusquisq; mercedē &c. Postremò, quia discernunt catholicos à sectarijs, quòd catholici sunt certi, quòd Deo placent: non siccet, vt docet historia, Numer. 16. cum Dathan, Abi-
ton, Chorè, &c.

D E BAPTISMO PAR- uulorum.

Ria sunt notanda: Primo, quid sit baptismus paruulorum: Secundò, cur institutus: Tertiò, quem fructum habeat paruuli baptizati. Primo, baptism⁹ paruulorum est gratuita redemptio à condânatione primæ generationis & ab ira Dei, in quibus nos omnes nascimur, Ephes. 2. Eramus nos oēs natura filij iræ. Secundò, cur institutus est, ex quo paruuli nō credūt, iuxta illud Mar. vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Et Mat. vlt. Docete (primū) oēs gentes, sed paruuli nondū sunt capaces. Respōdeo, Hoc ex p̄cepto Christi factum est, qui dicit Marc. 9. Unite paruulos venire ad me: ad illos enim spectat regnum cœlorum, id est, remissio peccatorum. Nam
Oo 3 si sunt